

Curandum esse, ut sit Mens sana in Corpore sano.

In hoc commercio medicorum est: ~~corpore~~ menti aegrotanti per curam corporis, philosophorum autem: corpori afflicto per mentis regimen opitulandi. Primo quanta menti vis insit ad omnes ~~vires~~ motus vitales vel promovendos vel impediendos, praesertim in affectibus, vel lippis et tonsoribus notissimum est; huc pertinet illud impetum faciens Hippocratis. Verum nos tantum hic respicimus, quae continuo fiunt, non tanquam status extraordinarii ~~in~~ naturam quasi concutiunt, et ad vitam necessario requiruntur. Primo vis imaginationis in somno ad corporis fabricam agitandam et in vigilia sola meditatione debilitandam. Quomodo ~~corpore~~ ventriculo per motus animi in confabulatione amica, tamen vivaci opem ferre possumus aut meditando durante coena subtrahimus.

Apathia (*mens serena videt, sub pedibus nimbos et rauca tonitrua calcat*), quatenus consistit in libertate a mentis propensionibus, quas proprie passiones vocant, quae rodunt et exedunt praecordia ~~et~~ aut vim vitalem compedibus quasi adstringunt, talis inquam maxime commendanda est. Aliter autem sentiendum est de intimis illis ~~mentis~~ animi motibus, quos affectus vocant, qui impetu quodam (mentem) corpus pariter concutiunt, qui, si non usque ad impotentiam intenduntur, salubres esse possunt. Affectus Gaudii, indignationis in sermonis quendam ardorem effusae, Admiratio saepe ~~in~~, quaedam ~~gradus~~ timoris spe ~~semper~~ et spei vicissitudo, quemadmodum fit in lusibus, qui quanquam speciem amici ~~et~~ otii prae se ferant ~~mentiantur~~ ad fallendum tempus instituti, tamen ~~vere~~ aperte auri ~~famem~~ cupidinem redolent, multum ad corporis aegri commotionem faciunt. potissimum hanc ob causam, quod mens nulli obiecto affixa pervagatur multa celeri motu, et haec quidem ipsi non flocci pendenda.

Philosophus est, qui rationis colendae causa animum advertit ~~rerum~~ rebus et hoc oblectamento veluti loto gustata omnes sensuum illecebras et cupiditates contemnit. Sed quoniam ~~hic labore opus est~~ arduis civium officiis adstricti sumus, necesse est, ut ~~tantum~~ ~~ut~~ quasi occupati ~~tanquam~~ in otio, non quasi negotio obruti, ipsius hortos colamus. – Sed corpus onustum hesternis vitiis animum quoque praegravat una ~~et~~ atque figit humo divinae particulam aerae. Disciplina corporis itaque habenda est Philosopho proprie e non e corporis cognito mechanismo sed ex experientia cognoscendi. Mendelssohnii magni viri laudatores ~~praecones~~ partim vni, partim alteri eruditorum ~~suorum~~ cum ipso contendentium culpam ~~vitae~~ mortis impingunt) Meo quidem iudicio nemo tam atrocis criminis insimulandus mihi videtur, sed ipsa vitae ratio viri desideratissimi in culpa fuit. Quanquam enim ad provehendam aetatem parum conducit cuticulam curare et molestias refugere, tamen disciplina corporis severior et tanquam duri potius et agrestis domini quam amici mentis nostrae sodalis ipsi scripta temperantia vires ipsius ~~eius~~ sensim exhaurit, quo pertinet potissimum tanta in abstinendo ~~ut ita dicam~~ quasi intemperantia ~~ut quod~~ ob quaedam incommoda, quae plenum ventrem comitari solent, ut tandem quasi continuo esuriens cum instinctuque naturae conflictatus ~~solus~~, non nisi meditationum arduae indaginis helluo tandem tanquam lucerna oleo destituta naturae suis necessitatibus frustratae debitum solvere coactus fuerit. Mea quidem sententia est, ~~eibo~~ una saltem coena cibo usque ad satietatem uti et, quae inde resultant incommoda, sustinere, donec corpus robur majus nactum fuerit.

In fanaticorum quibusdam animi animi ~~mentis~~ sede sua motae vel vanarum speciesum ludibriis fascinati ~~vel nec motibus~~ quod acci quod fanaticis vel terri culamentis commentitiis agitati

In permultis mentis sede sua motae

In permultis animi morbis quibus accensendus est fan cum quibus conflictantur quorum causa in qui in quibus ubi imaginatio fascinata efferat vel ean cellos rationis transiliendo magna et in eomp et inaudita sonat vel aegritudine oppressa vanis terri culamentis misere affligitur ~~medicum~~ ~~consultus~~ est mediam pertundere venam quam argumētis mentem sede sua motam argumentis ad meliorem frugem reducere velle consultus est et fanaticorum ~~multu~~ multis helleborum quam sanam rationem medicatricem adhibere praestat.

Ut curatius finem nostrum persequamur, ~~anim~~ cavendum praecipue existimo, ne ~~diverso studio et litteris~~ naturam rerum diversa plane via persequentis medici aut philosophi cancellos sui negotii ~~in~~ transilient ~~vel~~ et quasi polypragmosyne quadam abrepti philosophus medicum vel medicus philosophum agere velle videatur. Limites autem ~~enit~~ ~~lib~~ utriusque haud dubie ita constituuntur, ut Medico competat animo aegrotanti per media corpori adhibita, Philosopho autem de corpori per mentis influxum opem ferendi.

Quaestio est, utrum ~~Med~~ in homine medicina facienda sit eadem ratione ac in pecore servo ars, quam vocant veterinariam. Qui medicinam solum mechanicam sectantur, ~~quos olim~~ quales e Hoffmanni schola prodierunt, posterius contendunt, quantum nempe licet per fabricam corporis in utroque animantium genere similem. qui posterius statuunt, quos vocant Stahlianos, mentis vim insignem in morbis sanandis aut acuendis celebrant. Philosophi est ad posterius ~~mentem~~ advertere mentem.

Est enim in pecore quidem ^{pariter ac in homine} mira illa principii sentientis et moventis facultas, quam imaginationem vocant, qua, quae, ~~non~~ sunt absentia, tanquam praesentia, quae nunquam fuerunt nec forsitan esse possunt, ut vera animo sistere possunt. Verum in pecore haec vis non arbitrio quodam ipsius animalis et deliberato proposito regitur, sed ~~sero~~ agitatur stimulis et animae elateribus a natura ipsi insitis absque ullo voluntatis ~~potestate~~ influxu. affectus ganglia ^{tanquam claustra} perrumpunt. Hinc quanquam premat etiam animal ~~quaedam~~ ~~mentis~~ in captivitate redactum animae quaedam aegritudo, tamen atra illa cura, qua ~~stat~~ miserum humanum genus affligitur ~~quaeque in cur~~ sollicitudinis expers fugit animal. Hinc impotentes animi motus, quos affectus vocant, in homine e per vana imaginationis ludibria, si non majorem impetum, saltem ~~long crebriorem~~ longiorem durationem et intime pectus concutiunt. Hinc motuum tetrorum, quos convulsivos vocant, et morbi caduci per imaginationis quoddam contagium ~~late serpens~~ communio et etiam artificium, quod proprie medici non est, sola vi imaginandi ~~in alia fortius vel per aliorum ali aliunde fortius~~ per varietatem impulsuum distracta vel aliunde avocata medicinam faciendi. Hinc aegri fiducia in medico posita ~~leo reme~~ remediis vel debilissimis robur addit.

Quod phreneticos attinet, hos puto magis medicorum quam philosophorum curae commendandos esse, quia mens ~~aegra~~ sede sua mota parum sentit mentis sanae regulas, ad quas ^{sentiendas} requiritur, ut ipsa sit sui compos, et quia hunc morbum ut plurimum connatum et stemmati insitum deprehendimus, aut, si forte alia quaedam causa incidit, haec tamen ~~in~~ visceribus potius quam animi penetralibus inhaerere censenda est.

Vtrum omnia medicamina non nisi per vim sentiendi et movendi animae totum corpus pervadentis et curantis opem ferant, ut Stahlia est sententia, an ~~multa~~ quoad maximam partem ipsorum vis sit mere mechanica, ~~in~~ artis peritorum iudicium esto. Verum utrum vis cogitandi humana praecipua quadam vi polleat, qua superat animantia ~~p~~ bruta, de hoc quaestio est philosophi.

Forsitan somnus ipse non a lassitudine corporis pendet, verum potius lassitudo a somnolenti ~~ab corporis~~ motibus vitalibus destituti (in ~~organo~~ organo sensorio) absentia. qui mentem omni conscientia sui privat, facile somno sepelitur.

Lusus et quidem lucri causa inceptus mentem varie concutit.

Corporis motus a medico non philosopho dicti aegroti corpus debilitant, nisi sociali quadam delectatione condiantur et mentem bene afficiant.

Fuit ~~philosophus~~ dialecticus, qui ita sophismati cuidam incubuit continuo ardore solvendi, ut plane emarcuerit et plumbeis calceis indigeret.

In coena conducit corpori animum non solum solutum curis, verum etiam ~~hilar~~ ad hilaritatem compositum ab omni cogitatione ~~ser~~ fixa ac stabili avertere. Cui inseruit potissimum confabulatio, amica disceptatio, risus potissimum vel in cachinnum erumpens. Hic ~~max~~ mens vim suam corpus intime moventem exserit.

Regimen mentis, quod Medicorum est, ~~ne intra term~~ consistit solum in variis remediis, quibus menti per curam corporis subveniri possit et vel animi morbos pellere vel imminentes arcere ~~vel~~ et sartam tectamque ipsius sanitatem servare possint. ~~Vbicumque~~ Quotiescunque mediis animo immediate adhibitis ~~vel vel~~ ad mentem exhilarandam ~~vel~~ aut ad curarum levamen vel ad sopiendos ~~saepe numero etiam~~ partim, nonnunquam vero ad excitandos ^{etiam} ~~impotentes animi motus aptis~~ affectus corpori aegroto ~~sub et medie~~ subvenire et medicaminum salubrem ~~inf~~ efficaciam promovere molitur, toties Medicus agit Philosophum, quod quidem tantum abest, ut vituperari possit, ut potius ^{vix quicquam} laude dignius majori encomio extolli mereatur. Verum tale mentis regimen proprie non Medicorum, sed philosophorum aut, si mavis, Medicorum non qua talium, sed ceu philosophorum vocandum ^{appellandum} erit. ~~Contra ea~~ Nihil tamen secius Regimen Mentis, quod Medicorum est, ~~utique nihilo minus~~ ^{satis} late patet. Atrocissima quae ~~quae~~ genus humanum circumveniunt mala vel quae ipsam mentem ~~vel~~ sede sua movent ^{quod fit in Phreneticis} vel in affectus praecipites agunt ~~frenaque rationis executunt ut,~~ quod accidit iracundis aut ~~salacibus~~ lascivis, aut rationis usum eripiunt, quod fit bliteis, aut ~~quosdam~~ captantes umbras ~~per in et~~ per inane ~~captantes~~ volitantes et aliqua cum rationis specie insanientes faciunt, quos Fanaticos appellamus, vel quae mentem ~~atra cura~~ sub nomine vel Melancoliae vel hypochondriae ~~atra cura~~ haec mala misere torquent: haec et plura mala ad regimini mentis, quod Medicorum est, iure subiiciuntur, ~~quia ut corpus~~ quia quae in corpore potius quam mente ~~residet~~ ~~mentis inimicus~~ quaerenda est mali scaturigo et menti ~~subvenire~~ vel venaesectione ~~vel~~ aut catharctico remedio quam ~~argumento admonitionibus~~ institutione et argumentis opem ferre praestat.

Primo in censum venit almae et sospitatricis Naturae per animam ad corporis salubritatem adhibita opera in statu ordinario hominis sani seposito illo influxu praeternaturali, cum affectus claustra perrumpunt, quibus natura mentem a motibus ~~suis~~ vitalibus arcere studuit.

Corpus curare non est cuticulam, quod dicunt, curare ~~aut omnes,~~ ^{genio suo semper indulgere,} labores et molestias arcere, quod est hominis mollis et delicatuli, sed ~~quasi~~ illud ceu demandatum nobis a natura pignus sartum et incolume finiqve suo ~~aptum,~~ h. e. omnibus vitae negotiis ~~par,~~ tam ferendis molestiis quam exantlandis laboribus, haud impar servare.

Regimen Corporis, quod philosophorum est, vel regimen, cuius leges dicunt philosophi cuilibet vel ex infima plebe vel ~~quod sibi ut s~~ quo quilibet philosophus tanquam eruditus vitae suae ipse moderator est et quibus ^{illum} obtemperare necesse est, quatenus est Philosophus h. e. vitam degens rerum perscrutationibus intentam. Dari etiam potest lex regendae mentis medici, quatenus medicinam facit, qualis est, qui mentem [ab] a motibus per misericordiam liberam servat &c &c.

Primo mens soluta curis nec ~~brutorum instar~~ ut in brutis pronis et ventri tantum obedientibus ~~omni~~ ad animantibus humo tantum affixa ~~pabulo quasi nutri-~~mento quodam ^{seu pabulo} et quasi pabulo indiget cogitati vescitur pabulo quodam ipsi convenienti, nempe cogitationum se varietate et vicissitudine, quarum inops rodit cor et exedit ipsius corporis vires vitales. Hinc aut, si hoc iam vitio quodam laboret, quod ~~in~~ ⁱⁿ beneficiis suis non turbata ^{facile} emendatum foret, mens huic aegritudini gravius incumbit et mala adauget. Hinc necesse est, ut mens vel amoenitatibus exhilaretur vel officii laboribus dstringatur.

Quid sit somnus, hoc una cum ignarissimis ignoro et, qui hoc naturae ad reparandas vires institutum artificium se perspicere putat, illi audacter cum vate accino: Quod mecum nescit, solus vult scire videri. Mens vacans cogitationibus immergit nos somno et somniis vicem vigiliarum sustinentibus.

Munus medici est ~~proprie tantum~~ immediate corpus concernit, nunquam animam, nisi mediante corpore et cura ipsius. Si corpori subvenire studet medicus per vim ~~aliquae~~ animae, tunc agit Philosophum. Contra ea ~~Phil~~ adminiculum corpori per animam praestitum

Quaestio prima: utrum mentis influxus etiam ad motus vitales requiratur.

An anima non solum ut sensitiva, sed etiam ut rationalis per arbitrium influat.

Zuerst ist die auf sich selbst, vornemlich den Körper, gerichtete Aufmerksamkeit dem Körper nachtheilig, unterhält die Krankheiten, vornemlich Krämpfe. Die auf das Gemüth gerichtete Aufmerksamkeit schwächt den Körper. diarium observatoris sui ipsius. Daher dissipation nützlich, zuletzt schlaf. der eine dissipation durch Träume, also motion ist ohne figurtes selbstbewusstseyn. Unterredung ist innere motion mit continuirlicher Zerstreung. Innere Vorwürfe sind dem Körper sehr nachtheilig. Affecten die keine nachempfindung enthalten, sind nützlich, Sehnsuchten schädlich.

Bewegungen ohne Gemüthsergötzlichkeit schaden.

Die Verachtung der Reitze des Lebens ist das Mittel, es zu erhalten. Es ist nicht die apathie der Gleichgültigkeit, sondern der Gleichmüthigkeit, mit allem Ernst in pflichten, aber mit Kaltsinn im Genuß verbunden.

Motus corpori per animam impressi illud intime in principio vitali male vel bene afficiunt. Huic exspatiatio solitaria non proficua.

Wie der Zustand der Künste und Wissenschaften in Aegypten, Persien und Indien gewesen: darin liegt uns nichts; wir haben sie von den Griechen. Bey ihnen war Religion ohne Gottsgelehrten, Gesetzgebung ohne Rechtsgelehrte und Ärzte ohne Medicinische Wissenschaft; alles war Gebrauch, von tradition abstammend und durch Erfahrung verbessert. Wissenschaften waren nur Philosophie und Mathematik, die sich damals noch nicht verbunden hatten. Die nur als Geistesübungen betrachtet wurden *

Es ist die Frage, ob nicht die zum Teil mühsame und ängstliche Träume nach einer Überladung im Schlafe nützlich sein.

* und auf jene bürgerliche Einrichtung keinen Einfluß hatten. Die Christliche Religion hat das Verdienst, daß sie sich mit der Philosophie und der Ganzen Weisheit der Alten vereinigen ließ. Nun entsprang theologie, mit ihr philosophie, auf Gesetze und Heilkunde angewandt. Doch waren diese drey die Hauptwissenschaften, weil sie zur Staats Wohlfarth nöthig waren.

Quodlibet omnia circum quovque trahit trahiturque ab aliis iisdem vicissim. Solus omnium stator et conservator est autor systematis, non pars.

Quantum ~~mens non solum~~ animus non solum ~~qui~~ curis ~~solu tantum~~ solutus et ~~hilaris~~ serenus, sed lusibus aut jocis exagitatus et ad exhilarandam societatem inuito quasi certamine ~~et vel~~ imo prope ad affectus confinia evecus sermocinantium ardor ~~et contentio~~ in coena functiones corporis vitales adiuuet, ~~sodaliter~~ ~~coenantes~~ coepulantes quotidie experiuntur, quibus ~~coepu imp~~ large ~~coepula~~ ~~ri~~ coenare licet et vel se ingurgitare ciborum copia, ~~eius~~ quorum dimidium solitarii ~~absumere~~ consumsisse ~~noxium foret~~ non impune consumserint. Mira hinc mentis humanae ~~commotae~~ concitatae vis ~~ad~~ in adaugendo corporis robore elucet, ~~quamdiu~~ dummodo intra fines animi sui compotis maneat. ~~Quampri~~ ~~imum~~ Simulac autem hos ~~exce~~ migravit et ~~claus~~ excessit adeoque cancellos ~~sanae~~ rationis migravit, incredibile est, quanto impetu adoriatur ~~sedem ips~~ et convellat vitale principium, perrumpens forsitan ~~in~~ affectu quodam, quae Angli cuiusdam medici est sententia, ~~in~~ ~~furere~~ perturbacione claustra illa ~~arcentia~~ motus voluntarios ~~ab~~ ab influxu in organa vitalia arcentia, quae nervorum Ganglia vocantur. Consultum itaque est Philosopho omnibus, quorum vitae ratio mentem magis quam corpus intento cuidam negotio adstringit, legem scribere socialiter ~~sodaliter~~, si fieri potest, coenandi, non solum ~~ut~~ ~~menti~~ quo animum otio ~~reficiant~~, sed etiam ~~ut~~ salubri ~~mutuo~~ sermocinantium ~~consortio~~ impulsu eieant; ~~nam utcumque~~ ~~eo~~ identidem ~~in~~ ~~motum~~ suaviter commoveant, praesertim ~~in~~ quando corporis nutriendi cura habenda est. Quonquam enim, quae in omnibus sapientis est quae ventri ~~prorsus~~ obtemperat solum indulget intemperantia, maxime fugienda ~~tamen~~ et, ~~quod~~ ut apprime dicit Horatius: corpus onustum hesternis — —, tamen sapientia non nouercae instar genium suum defraudare et frugalitate tabescere ~~poscit~~ exigit. ~~Vid~~ ~~Audi~~ Sic Mendelssohnium illustrem Philosophum ~~usque adeo~~ corporis utique ~~variis~~ infirmitatibus affectum ~~ta~~ ideoque ad temperantiam strenue servandam adactum tamen, ~~ad~~ ~~ullis~~ ne paruis et mox transituris tangeretur ~~stomachi~~ molestiis, usque adeo abstinentem fuisse audiuiimus, ut prope continuo esuriens animi quidem ad studia apti ~~serenitatem~~ incolumitatem sartam servaret, corporis autem vires ita labefactaret, ut, quae ~~virum~~ hominem semel saltim ~~quotidie~~ ~~satis~~, quantum satis est, nutritum vix ~~male~~ haberet tangeret injuria, virum desideratissimum temperantia nimia exhaustum convelleret et e vivis eriperet.

Rerum humanarum vicissitudo, ~~qua~~ quicquid ~~molitur~~ audax ~~molitur~~ Japeti genus, ~~firmitate~~ stare talo nescium voluitur per aeternos ~~novarum~~ mutationum ordines, non solum gentes et imperia, sed etiam literarum studia ~~circum~~ ~~vertice~~ vertigine sua implicat et circumagit: In gente Graeca ~~et a qua nostrum~~ ~~tempus~~ artes suas, a qua per Romanorum docilem industriam ~~tam~~ artes ingenuas quam scientias accepimus, literarum studia absque legum auxilio magna ~~ceperunt~~ incrementa versat et circumagit irrequieto turbine nihilque ~~humani~~ firmo stare talo patitur. Hinc ~~gentium~~ nec imperiis ~~aut~~ gentibusve nec moribus aut artibus, partim ~~ingeniis~~ liberalibus, partim usui communi inservientibus, non idem status et color sed ~~ne~~ moles ignava torpeat aeterna vertigine ~~rotata~~ ~~moles~~ aliam semper ne ignava torpeat voluitur et circumagitur.

Die Wissenschaften stehen so wie die Menschen unter der Vorhergehenden Bestimmung, daß, nachdem sie lange Zeit wie Wilde sich abgesondert angebauet ~~und~~ haben, sie zuletzt in Gesellschaft, zuerst in kleine, dann größere Zusammenstoßen, bis sie endlich ein System bilden, darin ein jeder Theil dem anderen behülflich ist, ohne sich doch zu vermischen, sondern ihre Grenzen genau von einander zu unterscheiden, wie Staaten, die nicht in eine Universalmonarchie, sondern zuletzt in einen großen Volkerbund vereinigt werden, da eine jede sich innerlich fruchtbar und wohlgeordnet macht und jede jede ein Centrum ist, auf dessen Erhaltung sich die übrige beziehen und keine mit Abbruch der anderen wachsen kann. Bald verschluckte die dialectic, bald die Theologie, bald moral, bald Gesetzgebung alles.